

in Pontificalibus, & maxime per id est quod hic tangit in fi. Sed Inno. aliter hic dicit, quod de Inia diocessani, vel est parochialis sacerdotis, poterit Episcopus, vel Archiepiscopus in alia diocesi celebrare, dummodo celebret sine Pontificalibus, quia illis secundum eum non possunt uti, nisi super hoc sint priuilegiati. alleg. quod hinc in gl. c. ad supplicationem. j. ti. r. Hostie. vero tenet quod gl. & dicit quod est in Pontificalibus poterit celebrare, & predicare, nisi specialiter prohibeantur, & sic debet seruari ex generali consuetudine ecclesiarum, quod non. inf. de hær. c. excōicamus. & in cle. Archiepiscopo. de priu. Indulgentias tamen dare non potest, quia illas dare est iurisdictionis, & ideo non possunt dari nisi subditis. inf. de poen. & re. ca. quod aut. & ix. q. ii. c. i. & istud est ut tenere gl. in d. cle. Archiepiscopo. de priu. de iure tamen cessante consuetudine ut verior opinio. Inn. per id quod hinc in c. ad supplicationem. inf. tit. i. Itē aduerte, quia predicta vera in Episcopo, qui non utitur pallio de iure cōi. & idē in Archiepiscopo si vult celebrare sine pallio, cum pallio autem non possit celebrare extra prouinciā absque priuilegio Papæ, & licētia Episcopi, vel Archiepiscopi, per ea quod dixi in c. præce. & in c. ex tuarū. Itē hæc vera, quia simpliciter uoluerit celebrare missam, sed si uellet ordinare clericos suos in alia prouinciā, vel diocesi, quia Archiepiscopus non dicit clericos ordinare sine pallio. d. de elect. quod si cur. §. pterea, non possit sine priuilegio apostolico, & sine illius licētia ad quæ ecclesia pertinet, in qua uult celebrare, & ordines conferre, quod intellige, ut dictū fuit in c. pcedenti. & in predicto. c. ex tuarum. Sed si esset Episcopus qui non utitur pallio, tunc in aliena diocesi non possit ordinare clericos sine licētia ipsius diocessani. & est tergi in d. c. ex tuarum. & uoluit gl. in d. c. Archiepiscopo. & sic licet Archiepiscopus in aliena diocesi possit celebrare in Pontificalibus sine aliqua licētia dummodo non prohibeatur ex generali consuetudine ecclesiarum facit quod habetur in simili in l. diuus. ff. de ser. rust. præd. tamen non poterit ordinare clericos et suos, sine Inia diocessani, de quo est per gl. in d. cle. Archiepiscopo. In gl. si. Melius facit. c. poro. quod ibi sequitur. Inno. uero dicebat quod quarta questio de qua hic, soluitur ex eo quod non potest Archiepiscopus uti pallio nisi in diebus solennibus, seu solennitatibus. ergo non poterit uti quod celebrat pro defunctis, quia non censetur esse solennitas. Sed Host. tenet intellectum gl. quia hic in litera non fit mentio de solennitatibus, sed solum de diebus. sed forte Inn. habuit respectum ad id quod dixi in ca. pcedenti. ubi fit mentio de diebus solennibus. Tene cum gl. quod nisi priuilegiis ecclesiarum exprimitur, non poterit uti pallio.

De renuncia. Rub.

Quia ea quæ per postulationem, electionem, & translationem acquiruntur, sæpe per renunciationem perduntur, id post præcedentes ponit istam. de materia tractatur. 7. q. i. & q. ii. xvii. q. ii. & reperitur in sexto.

S V M M A R I V M.

- 1 Senectus & ignorantia, sunt cause, propter quas consuevit peti cessio.
- 2 Mutatio pallii tempore iuuentutis, discriminis, periculis, seu belli, uidetur periculosa.
- 3 Regimen ecclesie non est committendum incognito, nec salua conscientia incognitus eligitur.
- 4 Maceratio corporis facit sublimationem spiritus.
- 5 Importunitas repellenda est.
- 6 Miles non est licentiandus durante bello.
- 7 Deuotio magis crescit in senē, quam in iuuenē ceteris paribus.
- 8 Dictio, dicitur aliquando priuatiue.
- 9 Defectus scientie an & quando sit causa sufficiens ad admittendam renunciationem alicuius.

C A P. PRIMVM.



Literas. Propter senectutem non datur licentia cedendi Episcopo, si fit necessarius, vel utilis ecclesie suæ. hoc d. In prima, decisa supplicatio. In secunda, ipsius repulsio. In tertia conclusio. Secunda ibi. Si tuam. Tertia ibi, Monemus. Casus lit. Episcopus Lodoñ. sæpe petiit licentiam cedendi a domino papa. Rescribit ei papa, dicens quod quamuis ipse contiderans senectutem, vel insufficientiam suam petiit renunciandi licentiam, sciat quod papa credit quod tutius sit ei illā ecclesiam sub umbra sui nominis gubernari, quod alicui non

uæ personæ in tanto discrimine committi, quia in ipso vigor deuotionis in corpore senescente non deficit. monet ergo illum, ut super hoc diebus istis nulla importunitate faciat se molestū, quia indecens est prius militari solueri cingulū, quod cedat victori aduerfitas prætorum. B. In tex. ibi, Emeritū in non meritum tenet ipsum Episcopatum. Item ibi, Relaxa
1 ri. sa vinculo ecclesie Episcopalis. Nota. i. duas causas propter quas consuevit peti cessio, uidelicet per defectum scientie, & etiam per senectutem. An autem quælibet istarum causarum
2 semper sit sufficiens, patebit cum gl. i. & ii. No. quod tempore iuuentutis, discriminis, seu periculi, vel belli, pallii mutatio videtur esse periculosa, nisi euidenter aliqua circumstantie
3 aliud suadeant. No. quod incognito non est committendum regimen ecclesie. Et ex hoc etiam non quod salua conscientia non eligitur, vel promouetur persona incognita, facit. sup.
4 de postu. prela. c. bonæ. il. 2. ad fi. Nota. quod ad macerationem corporis sequitur sublimatio spiritus, & sic ut quod ad sanitatē & robur corporis sequitur depressio spiritus, nam ad depressionem vnus ex contrariis sequitur alterius sublimatio. Facit quod habetur. 3. 2. q. i. c. cum renunciatur. & 3. 2. dist. c. ho
5 spitiolum. No. importunitatem repellendam. facit quod habetur in l. i. C. de pe. bo. sub. li. x. No. quod miles non est licē
6 tiandus a militia tempore quo durat bellum, & tunc circa hoc non debet exaudiri eius petitio. Ex hoc potes non contra
7 v. tium inconstantie & pusillanimitatis, facit quod etiā, no. gl. hic. Nota. quod ceteris paribus magis crescit deuotio in
8 senē quod in iuuenē. No. de dictione, e. quia aliquando stat priuatiue ratione subiecte materie, ut hic patet. In gloss. ibi, prorsus inceptum, seu inutilem. Quæro, cū hic fuit sufficiens
9 & iusta, causa ad renunciandum, uidelicet defectus scientie, quare non admittit papa renunciationem istius. Potes dicere, quod quando defectus scientie est magnus, ut est uidere exemplum in c. vl. inf. de eta. & qual. tunc est iusta causa cedendi. Secus quādo non est magnus defectus, quia tunc im perfectū scientie supplere potest perfectio charitatis, ut patet in c. nisi. §. pro defectu. hic alleg. & tunc talis defectus non est legitima causa cedendi, & maxime tempore periculoso ut hic colligitur in gl. in fi. quia nihil creditur esse actum dum aliquid restat agendum. Et no. ex cōcordatiis requisitis positus in gl. quod non debet desisti ab inceptis, sed perseverari usque ad finem.

A D D I T I O N E S.

- a Importunitatem repellendam. Vide bonum tex. in l. i. §. lexum. ff. de post. ubi propter importunitatem calphurnie mulier non potest postulare, uide etiam Bal. in lab Anastasio. C. man. ubi per illum tex. dicit quod aduocati nimium, solerti præsumunt fouere malam causam, & ideo præsumunt male conscientiam commendat Felan. c. tua nos. col. i. de homi.
- b Non est licentiandus. No. Bar. & post eum Lac. Reb. in l. i. C. de comiteat. lib. 10. & ibi ampliat etiam si esset vulneratus. Idem no. Bald. in l. i. C. qui non ob. long. temp. præser. & qualiter puniatur dans illi licentiam se absentandi tali tempore, uel qui hoc non possit, uide eisdem Bar. & Rebut. & quod not. in add. ad D. Rebut. in l. per hanc C. de ero. mili. an. lib. 12. aliqua pe. Ro. fin. suo 790. inci. dantes licentiam.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius canonice, & accessoria ad illud, ut est stallus in choro, & locus in capitulo, dicuntur spiritualia iura.
- 2 Stallus in choro, & locus in capitulo censentur partes beneficii canonice licet.
- 3 Renunciatio & iuramentum, in dubio restringuntur ad ius competens, tempore renunciationis.
- 4 Potestas conferendi particularia beneficia in ecclesia collegiata spectat ad collegium ecclesie.
- 5 Inuestitura beneficii uidetur transferre quasi possessionem beneficii.
- 6 Qui patitur controuersiam iudicalem super beneficio, non uidetur ipsum pacifice possidere.
- 7 Pro controuersia iudiciali datur interdictum uti possidetis.
- 8 Volens venire contra iuramentum, ex noua causa superueniente, an audiat.
- 9 Dispensatio sine causa contra iuramentum, an absoluat iurantem quo ad Deum.
- 10 Faciens pacem cum aliquo, & promittens non offendere sub certa pena, talis promissio restringitur ad casum offendendi ratione inimicitie præsentis, uel præterite.
- 11 Scholasticus licentiatus si iurauit non assumere gradum alibi quam in loco ubi fuit licentiatus, potest sine metu periuiri assumere gradum, si de nouo faciat se examinari.
- 12 Renunciatio facta de omni iure quod quis habet, uel habere sperat super aliqua re, an trahatur ad ius postea superueniens.

Pan. super secunda primi.

B 3 13 Remm